ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 736

IJsewijn

Lovanio, 23 aprile 1963

Curia Generalizia - Roma

(Arch. Somasca)

Lovanii, 23 - IV - 1963.

Carissime Pater!

Cum ex feriis Antverpia Lovanium rediissem (ferias scripsi, quamquam melius officia per ferias demanda dixissem: congressui enim philologo interfui) epistolium tuum laetus accepi. Iam vota votis reddam: spero me mox te visurum. Propediem enim Romam redibo (ubi unum fere mensem commorabor). Hoc anno solus iter faciam, cum commoratio Romana brevior sit quam ut filiolae sine valetudinis incommodo itineris labores perferant. Ni quid intervenerit Lovanio proficiscar 4° aut 5° die mensis Iunii proximi. Comi pernoctabo ut tecum convenire liceat (tramine, non autocineto iter faciam), dein Romam abibo.

Valetudo in meliorem statum rediit. Opto ut et tua bene se habeat. Vale! Saluta et hospites nostros Comenses et discipulos, qui nos circumvexerunt.

[illegible]

Naam en adres van de afzender | Nom et adresse de l'expéditeur

J. IJsewijn
Paul Lebrunstraat 27
Leuven/België

POSTKAART ZEGELPLAKKEN

CARTE POSTALE

LEUVEN

BELGIE BELGIQUE 2F

Molto Rev. Padre G. D. Pigato,

Collegio Gallio,

Via Gallio 1

C O M O

I T A L I A

Lovanii 23 IV 1963

Carissime Pater!

Cum ex feriis Antwerpia Lovanium rediissem (ferias scripsi, quamquam melius officia per ferias obeunda dixissem; congressui enim philologo intefui) epistolium tuum laetus accepi. Iam vota votis reddam; spero me mox te visurum. propediem enim Romam redibo (ubi unum fere mensem commorabor) Hoc anno solus iter caciam, cum commoratio romana brevior sit quam ut filiolae sine valetudinis incommodo itineris labores perferant. Ni quid intervenerit Lovanio proficiscar 4° aut 5° düe mensis iunii proximi. Comi p~~ernhcatbe~~ pernoctabo ut tecum convenire liceat (tramine non autocineto iter faciam), dein Romam adibo.

Valetudo in meliorem statum rediit. Cupio ut et tua bene se habeat. Vale! Saluta et hospites nostros comenses et discipulos qui nos circumvexerunt.

J Jisewin